

Band II., Nr. 344, Seite 74-75

König Friedrich (I.) genehmigt, dass das Eigengut Brache an Stelle von Elffingen reichslehenbar, und dieses samt der Kirche des Orts Eigentum der Kirche in Maulbronn werde.

Ohne Ortsangabe, (Um 1153.)¹

(Chr.) In nomine sanctę et individue trinitatis. Fredericvs, divina clementia favente Romanorum rex, in Christo semper victor cesar augustus. Quamquam pro imperiali amplitudine circa secularia negotia discretionis nostre applicare necesse habemus regimina, ecclesiastica tamen et spiritalia ministeria a nostra non credimus sequestranda esse sollertia, sed Christo famulantium gaudere debemus profectibus; quippe cum eorum orationibus, et regni celestis nos adepturos esse consortia, et temporalis regni firmam et inconvulsam credimus stabilitatem. Notum igitur fieri volumus regni nostri principibus, liberalibus, ministerialibus, cunctisque Christi fidelibus tam presentibus quam posteris, quod pie conversationis et boni testimonii Spirensis episcopus Gunterus petitionibus et beneficiis optinuerit a Lvdewico de Werteneberch, quod idem Lvdewicus allodium suum Brache regie nostre potentie mancipaverit, et idem allodium in feodum receperit, in commutationem videlicet feodi Eluingen, quod idem Lvdewicus a palatino comite, item palatinus a regali maiestate in feodum tenuerat. Hac itaque commutatione, testimonio comitum, liberalium et ministerialium nostrorum in presentia nostra facta atque firmata, prefatus Lvdewicus Eluingen, iam allodium sibi factum, cum ecclesia eiusdem loci, ecclesie dei que est in Mullenburne, in usus videlicet fratrum ibidem deo famulantium, per manum Marquardi de Heinuelde contradidit, ut videlicet memoria nostri, item episcopi Gunteri, nec non et eiusdem Lvdewici in orationibus ibi iugiter habeatur. Quia igitur a provisione spiritualium nos non alienos esse estimamus, spe communicande orationis bonorum virorum

¹Von KARL FRIEDRICH STUMPF-BRENTANO: Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: Die Kaiserurkunden des X., XI. und XII. , Bd. 2, Nr. 3687, in das Jahr 1154 ind. II gesetzt. Die MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER, Bd. 10, 1-5: Die Urkunden Friedrichs I., bearb. von Heinrich Appelt, Hannover 1975-90 und danach auch die Regesta Imperii datieren nach dem Itinerar genauer auf 1154 Mai 3-17(?). Im WUB wurde das Jahr 1153 angenommen mit Rücksicht auf die in der folgenden Urkunde Nr. 445 ebenfalls vorkommenden *Lvdewicus comes de Werteneberch* und *Henricus notarius*, und weil die Ausstellung jedenfalls vor 1155 Juli 18, dem Tag der Kaiserkrönung Friedrichs, geschehen sein muss.

II

hanc seriem in carta conscribi fecimus, sigilli nostri impressione munivimus, regia auctoritate interdicentes, ne quis hæc infringere vel inquietare presumat, ne imperiali maiestate percussus, condignę suę pravitati habeat subiacere sententię. Huius rei sunt testes: Zeyzolf cancellarius. Heinricus notarius. Emecho comes de Liningen. V̇lricus de Horninge. Berengerus de Rauenstein. Hi liberales^a. Wernerus Krich. V̇lricus Wayse. Erlefridus et frater eius de Vdingen. Walterus de Tardingien. Cũno de Bluchingen. Hi ministeriales regis^b. Walterus Cudo. Conradus Colecnop. Wezzel de Driueles. Walterus de Schipp. Burchardus de Kesteneburch². Bertolf de Scarphenberch. Rũdolf dapifer. Bertoldus de Niwenhusen. Conradus ministerialis prefati L̇vdouici et alii complures.

 Signum domini Friderici, Romanorum regis invictissimi. (*Monogramm.*)^c (*Siegel.*)

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Rechts ein in braunem Wachs aufgedrücktes Majestätssiegel. Das leicht beschädigte Siegelbild zeigt den König in weitem Mantel mit der Tiara auf dem Haupt, an Kinn und Wangen ist der Bart deutlich zu erkennen. Er hält, auf dem Throne sitzend, in der Rechten das Zepter mit einer Lilie und in der Linken den Reichsapfel. Die Umschrift lautet: FREDERICVS. DEI. GRatiA. ROMANORum. REX.

^aSo schreibt und interpunktiert das Original. Die Bezeichnung ist vorwärts zu beziehen.

^bSo schreibt und interpunktiert das Original. Die Bezeichnung ist vorwärts zu beziehen.

^cDie verlängerte Schrift der Schlussworte und das Monogramm sind von ziemlich flüchtiger und, wie es scheint, anderer Hand als der übrige Text. Der untere Raum, worauf der eigentliche Schluss der Urkunde mit Zeitangabe usw. hätte zu stehen kommen sollen, ist leer und die Urkunde somit nicht vollständig ausgefertigt.

²Kestenburg, jetzt Maxburg, das sog. Hambacher Schloss.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 10

Editionen:

EUGEN SCHNEIDER (HRSG.): Ausgewählte Urkunden zur Württembergischen Geschichte, Stuttgart 1911 (Württembergische Geschichtsquellen, 11), S. 1, Nr. 2. MGH DD F I, Teil 1, S. 127 f., Nr. 76 (unter 1154 Mai 3-17?). Dokumente württembergischer Geschichte, S. 27 (Abb.).

Regesten:

KARL FRIEDRICH STUMPF-BRENTANO: Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: Die Kaiserurkunden des X., XI. und XI. , Bd. 2, Nr. 3687. Regesta Imperii Abt. 4, Bd. 2,1, S. 66, Nr. 218.

Literatur:

Dokumente württembergischer Geschichte, S. 26, Nr. 11.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Brache (Brachheim) Wüstung (21732)
 Brache (Brachheim), Tamm, LB, W
 Elfinger Hof, Staatsdomäne : Maulbronn PF
 Eutingen Wohnplatz (6703)
 Eutingen, Pforzheim, PF
 Hainfeld, SÜW
 Hambach, Neustadt an der Weinstraße, NW
 Herrlingen Wohnplatz (17017)
 Herrlingen, Blaustein, UL
 Kestenburg (Maxburg), Neustadt an der Weinstraße,

IV

NW
 Leiningen, Altleiningen, DÜW, W
 Maulbronn Wohnplatz (7043)
 Maulbronn, PF
 Neuhausen auf den Fildern Wohnplatz (413)
 Neuhausen auf den Fildern, ES
 Oberderdingen Wohnplatz (5416)
 Oberderdingen, KA
 Oberschüpf Wohnplatz (3684)
 Oberschüpf, Boxberg, TBB
 Plochingen Wohnplatz (440)
 Plochingen, ES
 Ravenstein Wohnplatz (596)
 Ravenstein, Böhmenkirch, GP
 Scharfenberg, Annweiler, SÜW, W
 Speyer, SP
 Trifels (Ruine), Annweiler am Trifels, SÜW, W
 Unterschüpf Wohnplatz (3693)
 Unterschüpf, Boxberg, TBB